Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31070
Copyright: Innsbruck, Universitäts- und Landesbibliothek Tirol (ULBT)



descripti. quod per mensuram circini facere potes. Quos circulos quadrabis duobus diametris intersecantibus se super centro e. ad angulos rectos. Et quadratas horum circulorum signabis in e. lineis, scilicet capricorni per a. b. c. d. Equinoctialis per f. g. h. k. ponendo f. sub a. g. sub b. h. sub c. et k. sub d. Cancri vero per m. n. o. p. ponendo m. sub f. n. sub g. o. sub h. p. sub k. et centrum eorum sit e. Quo facto linea a. o. que est pars diametri a. c. divide in duo equalia. Et in puncto medie divisionis pone pedem circini immobilem et extende mobilem usque ad a. et fac circulum transeuntem per puncta a. et o. Quod si transierit per puncta g. et k. bene opatus es. Si autem non utique errasti et reiterabis opus donec verificetur. Ille autem circulus terre factus dicitur via solis seu linea ecliptica. Deinde super eodem centro fac alios tres circulos minores inter predictum circulum relinquendo tria intersticia. Primum per gradus 2m per numero graduum quod fiat ad quantitatem calami. Et circulum latius per nominibus signorum inscribendis. Hiis autem perfectis oportet te ipsum zodiacum in 12 signa et gradus signorum dividere. Et hoc fac tertio. Primo equales rethis divide in 360 partes equales per modum divisionis limbi. Supra dictum. Et tunc ultimus divide zodiacum secundum has divisiones equales. Primo vide quid in tabula ascensionis signorum in circulo recto correspondeat 4 gradibus arietis positis in latere in linea sicut quod est scriptum linea numeri. Et hoc ex parte arietis. Et sic correspondet 4 gradus et 34 minuta. Pone ergo rectam ex una parte super centrum equalem et ex alia parte super 4 gradum et 34 minutum equalis. Et super medium quantitatis de particulis divisionis in equalibus prius facte numerando a puncto k. ubi est principium arietis usque h. ubi erit principium cancri. Et non intersectionem rectam cum zodiaco quia ibi erit finis quinti gradus arietis. Et sic habebis intersticium per 4 gradibus arietis et facias lineam per duo intersticia scilicet graduum et numeri graduum transeuntem. Deinde de aliis 4 gradibus faciendis iterum vide quid in predicta tabula correspondeat 10 gradibus arietis positis in linea numeri. Et habes 9 gradus et 11 minuta. Pone ergo rectam ex una parte super centrum e. et ex alia super 9 gradum et 11 minutum equalis completum a k. usque h. numerando. Et ubi regula abscindit zodiacum ex parte arietis. Et fac lineam in zodiaco sicut prius per duo intersticia transeuntem. Et sic habebis finem 10 gradus arietis. Consimiliter vide in linea numeri 14. Et vide quot sibi correspondeat ex parte arietis. Et sic fac de omnibus gradibus arietis. Postea fac gradus thauri hoc modo. Vide quid ex parte thauri correspondeat illi numero 4 posito in linea numeri. Et super illum numerum pone rectam in equali numerando a puncto k. usque h. post finem arietis. Et ex alia parte post centrum e. et ubi rectam abscindit zodiacum ibi habes 4 gradus thauri. Et sic fac omnes de 10 gradibus et 14. Et aliis omnibus sicut fecisti in gradibus arietis. Consimiliter distingue gradus omnium aliorum signorum sequentium continuando secundum tabulam ascensionum signorum in circulo recto inferius descriptam. Hoc tamen prenotato quod quantitates tiantur tria signa que debent uni quarte. Tunc incipias in sequenti quarta in medietate iterum numerando 4. 10. 14. usque ad 30. Et hoc fac donec compleas zodiacum cuilibet signo semper 30 gradus tribuendo. Et in fine cuilibet signi produc lineam per omnes circulos zodiaci. Ille modus dividendi zodiacum in signa et gradus est satis precisus. Et quia utuntur eo moderni. Alii tamen ponunt alios modos de quibus cum brevitate super sedeo. Quia ille inter cetros est communior et facilior. Facta itaque divisione zodiaci secundum illum modum distingue gradus in primo intersticio cum coloribus si materia est susceptibilis. Et in 2o intersticio scribe numerum graduum de 4 per 4 ascendendo in quibus signis usque ad 30. Vel de 10 in 10 si instrumentum est parvum. In 30 vero intersticio scribe nomina signorum procedendo a puncto k. usque h. et erit totus zodiacus completus. Et tunc depone omnes partes lamine vel tabule que sunt extra extremitatem circuli in principio tabularum facti. Et hoc si habes limbum eminentem. Si vero non tunc abscinde predictas partes extra circulum capricorni existentes. Preter modicam partem ad latitudinem unius calami quam relinquas pro denticulo iuxta principium capricorni. Quod dicitur almuri seu ostensor. Vel si placet potes circumferentialiter deponere et almuri de eadem. Ut autem materia facere et ad principium capricorni applicare. Per exemplum autem eorum que dicta sunt fiet vide tabulas de ostensionibus signorum et figuras subscriptas ac signatas.

linea numeri	Aries Gradus	Aries Minuta	linea numeri	Thaurus Gradus	Thaurus Minuta	linea numeri	Gemini Gradus	Gemini Minuta	linea numeri	Cancer Gradus	Cancer Minuta	linea numeri	Leo Gradus	Leo Minuta	linea numeri	Virgo Gradus	Virgo Minuta	hec est tabula ascensionis signorum
4	4	34	4	33	42	4	63	2	4	4	28	4	37	23	4	66	42	
10	9	11	10	37	34	10	68	21	10	10	43	10	42	29	10	71	33	
14	13	47	14	42	30	14	73	42	14	16	18	14	47	30	14	76	12	
20	18	29	20	47	31	20	79	7	20	21	39	20	42	26	20	80	49	
24	23	8	24	42	37	24	84	33	24	26	48	24	47	18	24	84	24	
30	27	43	30	47	47	30	90	0	30	32	14	30	62	7	30	90	0	